qui in nuptias uerbi discumbimus qui iam fidem in ecclesia ha
bemus qui scripturae sacrae epulis pascimur, qui coniunctam
sibi deo eclesiam congaudemus. Considerate rogo si cum nub
tiali ueste ad has nuptias conuenistis. Cogitationes uestras solli
cita inquisitione discutite de rebus singulis corda uestra tracta
tate, Si iam contra nullum odium habetis. si contra felicita
tem alienam nullo uos inuidie face succenditis. Si poocculta
malitiam nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias
ingreditur. et cordis nostri habitum contemplatur. atque ei quem ca
ritate uestitum non inuenerit, protinus iratus dicit; Amice quo
modo huc intrasti non habens uestem nuptialem. Mirandum
ualde est fratres karissimi quod hunc et amicum uocat et reprobat. Ac si
apertius dicat. Amice et non amice. amice per fidem. sed non
amice per operationem. At ille obmutuit. quia quod dici sine gemi
tu non potest in illa districtione ultime increpationis omne
argumentum cessat excusationis; quippe quia ille foris
increpat. qui testis conscientiae intus animum accusat. Sed
inter haec sciendum est quia qui hanc uestem uirtutis habet.
Sed tamen eam adhuc perfecte non habet. ad pure regis ingressum
desperare de uenia non debet. quia ipse quoque spem nobis per psal
mistam tribuens dicit. Inperfectum meum uiderunt oculi tui et
in libro tuo omnes scribentur. Sed quia pauca haec in consolatio
ne habentur. et infirmantes diximus. Nunc ad eum qui hanc
omnimodo non habet uerba uertamus. Sequitur; Tunc
rex dixit ministris. ligatis pedibus et manibus mittite eum
in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium, li
gantur tunc pedes et manus per districtionem sententiae. qui
modo a prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem uitae,
uel certe tunc ligat poena quos modo a bonis operibus ligauit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0168